

QK. 195. (26)  
QK. 195.

X 2022879

Yc  
6211

# RECTOR

UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

AD

## ANNIVERSARIAM

## MEMORIAM REFORMA-

## TIONIS SALUTARIS SUPERIORI

## SECULO,

*Anno Christi M D XVII.*

*Die 31. Octobr.*

In

## VIGILIA OMNIUM SANCTORUM

à B. LUTHERO feliciter susceptæ,

In

## TEMPLO PAULINO

recolendam,

*Utriusq; Reipubl. Patres & Proceres*

*humaniter & officiosè*

*invitat.*

*Elaborat. à D. Moebio.*

*De Calumniis Subfictis in Lutherum committis.*



Nni nunc elapsi sunt C L X, quando b. *Lutherus* non sine singulari divino impulsu salutare Reformationis opus, à multis in ipso Papatu diu desideratum, quòd alibi probavimus, sub ipsis vigiliis omnium Sancto- rum, feliciter aggressus fuit, & Ecclesiam Christianam ab horrendis Papistarum corruptelis repurgare cœpit. Divinâ secundante gratiâ tam feliciter hæc res cessit, ut intra breve temporis spacium non tantum potiores Germaniæ Provin- ciæ, sed & multa extera regna papatui nuncium remiserint, & puram E- vangeliî doctrinam lætabundo exosculati fuerint ore, & animo. Vix autem dici potest, quantâ cum indignatione, & irâ hæc res apud Ponti- ficios fuerit excepta, & quantos dolores, ac acerbitates ipsis pepererit! Tristes enim viderunt, & cum summa animi consternatione audi- verunt, purioris Evangelii propagationem præter omnium ex- pectationem latissimè sese diffundere, & felicissimo cursu in mul- ta dissita regna profeminari. *Quis ignorat, exclamat, & quidem non si- ne summo dolore Cardinal. Bellarminus in Præfat. Tom. I. Controvers. Pestem Lutheranam in Saxoniam paulo ante exortam, mox Germaniam pene totam occupasse, inde ad Aquilonem, & Orientem profectam, Daniam, Norwegiam, Sveciam, Gotbiam, Pannoniam, Hungariam absumpsisse, tum ad Occidentem, & Meridiem pari celeritate delatam, & Galliam, Angliam, Scotiam, florentissima quondam regna brevi tempore populatam, ad extremum Alpes transcendisse, & in Itzaliam usque penetrasse. In Orat. Tom. IV. Opp. præfixâ iterum la- crymabili conqueritur voce: Volantes currus miram indicant velocitatem, quâ nova ista secta (Lutherana) instar pestiferae tabis sese per varias regiones diffudit. Nam non contenta occiduis, & Aquilonaribus regnis, Orientem quo- que, & Meridiem ad Græcos, ad Indos, ad ipsum novum orbem navigare ausa est. Quamquam & à Græcis cum ignominia repulsa fuit, & apud Indos non permisit Dominus, ut vestigium vigere posset. Eandem querelam instituit etiam Secretarius Papa Pauli IV. in Actione, An Concilii Tridentini de- creta armis propaganda sint? f. 69. ad Pontific: Puto te scire, inquit, in omnibus tuis urbibus nonnullos esse, qui Lutherano veneno infecti sunt, neque hos ex infimâ tantum fece populi, sed ex mediis etiam, & summis viris. Imò ipse Papa Hadrianus V. in Instructione, quam legato suo Francisco Cheregato, Fabrionensi Episcopo, ad Comitiam Noribergensiam dederat, apud D. *Luther.* Tom.*

BIBLIOTHECA  
PUNICKAVIANA



Tom. II. Germ. Jen. f. 181. a. ita lamentabundus insurgit: Zum  
fördersten solt du ihnen anzeigen / wie daß wir mit höchsten Schmerzen  
beladen seynd von wegen des glücklichsten Zunehmens der Lutherischen Ges  
cten. Ejusmodi qverelas, & suspiria passim ingeminârunt.

Quando ergo eo tempore, vi apertâ, qvanqvam id tentarunt,  
cursum Evangelii sufflaminare non potuerunt, mox aliâ viâ ingressi in  
effectum id deducere allaborarunt. Nimirum variis convitiis, & ca  
lumniis puriorem Evangelii doctrinam prosciderunt, & hoc modo il  
lam aliis invisam, & amplexu indignam reddere stûduerunt. Convi  
tia ejusmodi ipsemet b. *Lutherus* suo tempore expertus fuit non pauca.  
Hinc in *Prefat. Artic. Smalcald.* ita ait: *Fuit apud nos Witeberga Doctor qui  
dam ex Galliis missus, qui nobis palam indicabat, regi suo certò certius persuasum  
esse, apud nos nullam esse Ecclesiam, nullam politiam, nullum conjugium, sed pro  
miscuè omnes pecudum more vivere pro arbitrio.* Eadem ferè calumnia ad  
ducitur *Tom. V. Jen. in der Schrift aus Augspurg gethan/ f. 28. a. Johan  
nes à Daventria, in Harm. Andr. Fabricii p. 435. scribit, Lutheranos sta  
tuere, quòd tum demum verè, ac plenè utantur libertate Christianâ, si carnem  
nunquam affligant, si nunquam jejurent, si sese supra modum, & supra natu  
re vires omnis generis cibis diebus feriatis infarciant, & ventrem distendant.*  
*Cardinalis Farnesius Pontificis ad Cæsarem Carolum V. legatus Anno  
1540. apud Petrum Svavem Polanum l. 1. Histor. Concil. Trid. p. 103. apertè  
dixit, Non facile esse discernere, qui Christo magis adversentur, Protestantes,  
an Turca; Hos enim corpora servitute premere, illos corpora, & animas exitio  
devovere.* *Gregor. de Valent. in Anal. fid. p. 213. criminatur, apud Lu  
theranos ita omnia comparata esse, ut in eorum Religionis ratione vix aliquod Chri  
stiana disciplina signum sit reliquum, quo eos ab ethnicis, nullâ veri DEI co  
gnitione imbutis discernere queas.* Imo *Bellarmin. Tom. II. Controv. l. IV.  
de Eccles. c. 9. p. 237. non veretur scribere, nos talia propugnare dogma  
ta, quæ in Ecclesia antiqva pro exploratis hæresibus fuerint habita, quâ  
de causa corollam viginti hæresium nectit, eamque nobis imponere  
fatagit. Dicit enim, nos 1. ad stipulari hæresi Simonianorum; 2. Florinorum;  
3. Origenis, qui docuerit, Adamum perdidisse imaginem divinam, & in  
fernum nihil esse, nisi conscientiaæ horrorem; 4. Pepuzianorum; 5. Pro  
cli, qui apud Epiphani. hæres. 64. asseruerit, peccatum in renatis semper vi  
vere, concupiscentiam verè esse peccatum, nec tolli per baptismum;  
6. Novatianorum; 7. Sabellii; 8. Manicheorum; 9. Donatistarum; 10. Aria  
norum; 11. Aërianorum; 12. Jovinianorum; 13. Vigilantii; 14. Pelagianorum;  
15. Nesto-*

15. Nestorianorum; 16. Aliorum quorundam, qui docuerint in Eucharistia non manere corpus Christi, si asservetur in alterum diem; 17. Eutychnorum; 18. Xenaja Persæ, qui primus docuerit, Christi & Sanctorum imagines non esse venerandas; 19. Lampetianorum; 20. Quorundam aliorum, qui negârint, Eucharistiam verè esse carnem Christi. Hæc omnia latè ibidem proponit, & comparationem, (quanquam absurdissimo modo) inter istorum hæreticorum, & nostram instituit doctrinam.

In primis verò horrendis convitiis b. Lutherum onerarunt, & nunquam non honestam ipsius famam puditissimis mendaciis lancinarunt. Flosculos quosdam, vel potius spicula hujus lingvæ maledicentis, & calumniantis huc apponere lubet. Ulenbergius de vitâ & rebus gestis Lutheri c. IV. p. 58. narrat, de Luthero circa Annum 1518. sparsos esse rumusculos, quasi secretum, & familiare commercium haberet cum demone, quem in pyxide conclusum circumtulit. Addit, observatum certè fuisse, quòd in digito gestarit anulum argenteum, cui filo quippiam alligatum fuerit, quæ res sermonibus hujusmodi parum commodis occasionem dederit. Anno 1545. & sic anno integro ante b. Lutheri mortem atrocissima mendacia Romæ de laudati Lutheri morte propalata fuère, quæ Tom. VIII. Jen. f. 202. b. tam in Italica, quàm Germanica recitantur lingvâ. Non erit abs re, si vernaculo nostro sermone, prout ibi extant, hoc loco recitemus. Titulus ita habet: Copey eines Briefes des Allerchristlichsten Römischen Königs Gesandten / von einem erschrecklichen Wunder. Zeichen / welches geschehen ist in dem schändlichen Tode Martini Lutheri: Martin Luther als er krank war / begehret er das H. Sacrament des Leibes Jesu Christi / welches / als er empfangen hatte / ist er alsobald gestorben / und in seiner Krankheit / als er sahe / daß sie gar heftig war / und gänzlich sich zum Tode neiget / hat er gebeten / daß sein Leib auff einen Altar solte gesetzt / und angebetet werden / als ein Gott. Aber die Göttliche Güte und Fürsichtigkeit / als sie hat wollen einem so grossen Irthum ein Ende machen / und ein ewig Stillschweigen / hat sie nicht abgeschlagen / solche Wunder. Zeichen zu eröffnen / welche sehr von nöthen waren / auf daß das Volck abstuende von solchem grossen Irthume / Zerstückung / und Verderbniß / welche obgenandter Luther in dieser Welt hat angerichtet / darumb sobald sein Leib ins Begräbniß ist geleget worden / ist alsobald ein erschrecklich Rumor / und Getümmel gehöret worden / als siele Teuffel und Hölle in einander / durch welche alle die jenigen / so gegenwärtig waren / kamen in ein groß Erschrecken / Entsetzen / und Furcht / und als sie die Augen gen Himmel huben / sahen sie

ia  
a-  
a-  
o-  
ia  
no  
n-  
t.  
&  
is  
u-  
m  
in  
es  
&  
x  
b.  
e,  
s.  
S  
L  
:  
es  
r:  
g:  
te  
te  
a  
n  
b  
he  
ib  
nd  
ch  
ee  
en  
ie

sie klärlich die Allerheiligste Hostiam unsers HERN Jesu Christi/welche ein solch unwürdig Mann also unwürdig hat dürffen empfangen. Ich sage auch/ daß alle die / so dabey seynd gewesen / scheinbarlich gesehen haben die allerheiligste Hostiam in der Luft hangen/ derhalben mit grosser Andacht/ und Ehrerbietung haben sie die allerheiligste Hostiam mit grosser Ehr und Andacht zu den Heiligthumen erstlich gethan. Da das geschehen ist / hat man denselbigen Tag nicht mehr ein solch Getümmel / und ein Höllisch Rumpeln gehört ; Aber die folgende Nacht an demselbigen Ort/ da der Leib Martini Luthers war begraben / hat iederman gemeinlich gehört ein grösser Ungestüm/ denn das erste / darumb auch das Volck aufgestanden / und kamen in eine grosse Furcht/ und Entsetzung. Derhalben/ als es Tag war / giengen sie hin aufzuthun das Grab/ da der Gottlose Leib des Martini Luthers hingeleget war / welches Grab/ als es auf war gethan / sahe man klärlich/ daß da weder Leib/ oder Fleisch/ noch Bein/ noch einige Kleider waren / aber es war voll solches erschreckliches Gestancks/ daß es alle die da umbher stunden/ krank machet / dadurch viel ihr Leben haben gebessert / zu dem heiligen Christlichen Glauben / zu Ehr/ Lob / und Preis Jesu Christi / und Befestigung / und Bekräftigung seiner heiligen Christlichen Kirchen/ der da ist ein Pfeiler der Wahrheit.

Hæc, quamvis paulò prolixiora adducere h. l. & hoc tempore visum fuit, ut constet, quàm impudentissimis mendaciis Pontificii b. D. Lutherum impetiverint, antequam vitâ excesserit. Ipsemet ergo, c. l. tale de hoc diabolico figmento subjungit judicium : Und ich Martinus Luther D. bekenne und zeige mit dieser Schrift / daß ich solches zorniges Gedicht von meinem Tode empfangen habe am 21. Mart. und fast gerne / und frölich gelesen / außgenommen die Gotteslästerung / da solche Lügen der hohen Göttlichen Majestät wird zugeschrieben. Sonsten thut mirs sanfft auf der rechten Kniescheibe / und an der lincken Versen/ daß mir der Teuffel/und seine Schupen / Pabst und Papisten so herzklich feind sind. Gott bekehr sie von Teuffel!

Sed nondum hisce exsatiavit se insana mentiendi, & calumniandi libido erga b. Lutherum. Nam plaustris Convitiarum ipsum infectati sunt. Pazmannus l. 3. Hodegi ex Prateolo, Cochleao, Petro Sylvio, Delrione, Fontano, Lindano, Genebrardo, Capo, Bredenbachio, Serario, & aliis de Lutbero hæc recitat convitia, quòd natus sit ex diabolo instar incubi cum matre Lutheri, quæ fuerit balneatoris servula, congregiente, quod in monasterio aliquando cum Evangelium de demonio muto, & surdo legeretur, in templo conciderit, &

*exclamaverit, non sum, non sum, unde fratres collegerint, ipsum singularitatis  
 aliquid habere, sive ex morbo comitiali, sive ex occulto cum demone commer-  
 cio, quod postea corporaliter visus fuerit quibusdam cum demone conversari, quod  
 Imperator Maximilianus I. in Comitibus Augustanis Anno 1518. Cacodemonem in  
 formâ corporeâ Monachi Lutheri humeris incubantem viderit, quod Lutherus ipse  
 fateatur, se Diabolum Magistrum habuisse. Eadem, & plura alia convitia evo-  
 munt, Gretf. Luth. Acad. c. 26. p. 298. Scher. Conc. 4. Dom. 2. Adv. p. 39. Pistorius  
 in Anatom. Luth. p. 118. seqq. Sixtus Sartorius in Causis Motiv. p. 13. 63. 64. 78. Mo-  
 tive Badenses, Rat. 3. p. 120. seqq. Conrad Better im andächtigen Luth. p. 118,  
 seqq. ut alios taceamus. Nam quis omnia diabolica convitia, & menda-  
 cia enumeraret, quibus b. Lutherum nunquam non coram facie Eccle-  
 siæ profciderunt, & lapidarunt! Si legem charitatis audire, & ad du-  
 ctum verbi divini actiones suas componere voluissent, nunquam tot  
 manifestas, & calidas calumnias eructassent. Putida enim fuere fi-  
 gmenta, quæ nec ullâ veritatis specie, aut ullo solido fundamento colo-  
 rare potuerunt. Diabolo suafore hæc omnia confinxerunt mendacia,  
 ut salutare illud DEI organon b. Lutherum, ipsiusque ab erroribus pa-  
 pisticis repurgatam Evangelicam doctrinam in odium, & persecutio-  
 nes apud alios conjicerent.*

Aliud verò nos de B. *Luthero* compertum habemus; aliud testan-  
 tur viri fide dignissimi, qui cum vivente cotidie conversati sunt. Aliud  
 etiam loquuntur ipsius scripta, in quibus nullæ hæreses spirant, nulla  
 falsa dogmata proponuntur, quod jamdudum à multis in mensa solis  
 fuit expositum. Clamant quidem b. hunc virum variis sectis fuisse de-  
 ditum, & falsa disseminasse dogmata, sed usque in hunc diem nullo so-  
 lido & firmo argumento id probatum dedere. Vasta etiam volumina  
 contra b. *Lutherum* ediderunt, sed quæ partim à b. Viro adhuc vivente,  
 partim ab aliis jamdudum eviscerata & accuratè refutata fuere. Insuper  
 & hoc aliis persuadere voluerunt, *Lutherum* ad propagandam suam hæ-  
 resin (prout calumniosè loquuntur) iisdem artibus usum fuisse, quibus  
 olim usus fuerit Mahometes, *ex satiandis sc. carnis cupiditatibus fræna laxan-  
 do, licet ad efficacius fallendum majore in speciem moderatione.* Ita loquitur Papa  
*Adrian. VI.* in Instruct. legati sui ad Comitibus Noriber. apud b. *Luth. Tom. II.*  
*Jen. Germ. f. 182.* Sed quâ verisimilitudine *Luthero* tribui potest, quod in sa-  
 lutari Reformationis negotio iisdem mediis usus fuerit, quibus Mahometh?  
 Probet *Adrianus*, *Lutherum* cupiditatibus carnis fræna laxasse, & hoc  
 modo repurgatam Religionem Christianam propagasse! *Lutherus* bo-  
 na

na opera, inter quæ etiam est carnis mortificatio, perpetuò urfit. Sin-  
verò sanctus Pater intelligit id, quod sacerdotibus conjugium permise-  
rit, in eo neutiqvam contra verbum divinum aliquid suscepit. Nam  
Ministris Ecclesiæ conjugii potestatem facere, ac supersticiosum cibo-  
rum discrimen impugnare, non est carnis cupiditatibus fræna laxare,  
sed libertatem sancto pretio à Christo nobis partam postliminii jure re-  
ducere, & laqueos conscientis injectos gladio verbi cœlestis præcidere.

Quemadmodum ergo b. *Lutherus* primum & unicum nostræ Reli-  
gionis principium constituit, verbum sc. DEI in prophetis, & Apo-  
stolicis scriptis propositum, ex quo solo, & unico Confessionem, & do-  
ctrinam suam desumpsit, & propagavit: Ita quoque ad doctrinæ saluta-  
ris repurgationem, & propagationem, non usus fuit aliis mediis, quàm  
quibus Christus, & Apostoli, ut & Ecclesiæ primitivæ Doctores o-  
lim usi sunt, videlicet sincerâ verbi prædicatione, & Sacramentorum  
legitimâ administratione. Nec fraudulentiam, nec violentiam, (quæ  
Adversariorum sunt media propagandæ Religionis, de quibus latè D.  
*Gerb. Tom. I. Conf. Cath. p. 809. seq. & 883. sqq. agit*) vel per se, vel per superio-  
res adhibuit, sed sincerè agens coram DEO, & hominibus hoc sanctum  
opus juxta exemplum Christi, Prophetarum & Apostolorum suscepit;  
imò tantum abest, ut vel honores, potestatem, vel voluptates carnis,  
& alia hujus mundi bona illis, qui doctrinam Evangelii suscipere, & sin-  
ceriori Ecclesiæ sese adjungere velint, promiserit, ut contra potius cru-  
cem, & Adversitates, tribulationes, afflictiones, & persecutiones ipsis  
prædixerit, & author eis fuerit, ut Ecclesiæ Orthodoxæ sese adjungen-  
tes, *magis eligerent cum Mose, & populo DEI affligi, quàm delitiis hujus mundi  
frui, ac majoris estimare divitias futuri seculi præ thesauris hujus mundi,* Hebr.  
XI, 25. 26.

Hæc ergo pii nostri Majores in b. *Luthero* observantes non dubi-  
tarunt, puriorem Religionem Christianam à fermento Papistico ab ipso  
repurgatam grato accipere animo, eidemque constanter adhærere, pa-  
rum curantes *Φοβηθὲν* illa *ἀνέσματα*, & detestandas calumnias, quibus  
partim ipsum laudatum D. *Lutherum*, partim orthodoxam ab ipso re-  
stauratam Religionem traducunt, & perstringunt. Id ipsum quoque  
*Sereniss. & Potentiss. Saxon. Elector JOHANNES GEORGIUS II.* Dominus  
noster clementissimus piè secum reputavit. Postquam enim pro singu-  
lari sua sapientia satis deprehendit, magnum & ineffabile hoc esse be-  
neficiū, quod à misericordissimo DEO hisce Regionibus fuerit exhi-  
bitum

bitum, hinc per omnes provincias suas peculiari clementissimo edicto mandavit, ut quotannis hoc die, quo antehac diu desiderata Reformationis felix factum fuit initium, subditi ejus DEO dignas persolverent grates, & hanc ratione memoria hujus ineffabilis gratiae divinae nunquam animis ipsorum elaberetur. Et quia crastinus dies dicti hujus beneficii nos admonet, igitur de mandato laudatissimi nostri Electoris publicè, & solemniter hanc divinam gratiam sumus celebraturi. Academia itaque nostra pietatem suam cum reliquis conjunctura in Templo Academico preces, & gratiarum actiones erga DEUM effundet. Hanc occasione simul ex suggestu ædis istius sacræ de *dominatu, lapsuque Papali*, oratione non ineleganti verba faciet *Eximius atq; Præstantissimus Dn. M. IMMANUEL Horni Neukirchâ-Lusatus, SS. Th. Stud. industrius.* Proceres ergo utriusque Reipubl. ut & cives Academicos ad hæc solemnia humaniter invitamus, rogamusque, ut nobiscum labia sua in laudes DEI, & gratiarum actiones resolvere velint. Procedamus verò, finitis sacris matutinis, ex sacello Nicolaitano horâ X. in dictum Templum Academicum. P. P. die XXX. Octobr. Anno Christi M DC LXXVII.

Literis COLERIANIS.



Von

M. C.



OK. 1957  
OK. 195

R  
UNIV  
ANN  
MEMO  
TION

Anno

VIGILIA  
à B.

Utriu

De Calumniis

Yc  
6211

R  
ENSIS  
IAM  
RMA-  
ORI  
VII.

ORUM  
pta,

ceres

coniectis

